



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Suspiria ad Deum Creatorem.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

momenta singula sacerdatis infinitis, in uno actus  
bono infinitis bonis actibus possem amare te  
Deus meus.

Tu in lectulo crucis, ego in cruce lectuli mei  
patior & morior. Unio dolores meos tuos, ago-  
nem & mortem meam tuas, situm ipsum meum,  
quo maneam prostratus, extensioni sancti cor-  
poris tui in Cruci.

O si omnia te Deus quam optimè amantium,  
& omnium quam sanctissimè ex hac vita migran-  
tium corda in uno cumulo collecta haberem. O  
si verbum aliquod scirem, quò omnia omnium  
illorum ardentissima suspiria & actus amoris ac  
contritionis præstantissimos complecti & expri-  
primere possem. Velle illius verbi pronun-  
ciationi, illis actibus, illis cordibus immori  
Deus meus.

Juvate me omnes animæ electæ, corrogate  
singulæ stipis aliquid & eleemosynæ pro mea  
paupercula anima in tempore mortis meæ. Af-  
ferte obsecro vestros elicitos unquam amoris ac  
contritionis actus pro me Deo meo. Et facite,  
ut, quam flagrantissimè ac frequentissimè id fieri  
potest, in mortis articulo illum amoris actum  
eliciam, qui præ omnibus maximè placet Deo  
in unione amoris D.N.J. Christi erga æternum  
Patrem.

*Suffiria ad Deum Creatorem.*

**D**eus Patronus meorum, Et Domine misericor-  
diarum, qui fecisti omnia verbo tuo, Et sa-  
piencia tua constitueris hominem, ut dominaretur  
et regnet.

creatura, quæ a te facta est. Noli me reprobare à pueris tuis, quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuae. Homo infirmus & exigui temporis, & minor ad intellectum. Sap. 9. à v. 1. ad 5. Noli me reprobare, tuus sum ego, salvum me fecit. Ps. 118. Hoc uno tantum indigeo. Gen. 33. Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Nec enim odiens aliquid constitueris aut fecisti. Sap. 11. Parcis autem omnibus, quoniam tu sunt Domine, & maximè amas homines pretioso filii tui sanguine redemptos.

## Oratio Sacerdotis moribundi ad Christum.

**A**udi JESU Sacerdos Magne, Zach. 3. Princeps Pastorum 1. Petr. 5. Sacerdos in aeternum. Ps. 119. Cujus factus sum Minister secundum donum gratiæ Dei, que data est mihi secundum operationem virtutis ejus. ad Ephes. 3. Semper vivens ad interpellandum pro nobis. Hebr. 7. Domine misere mei. Ps. 85. Sana animam meam: quia peccavi tibi. Ps. 40. Peccavi tradens sanguinem justum. Matth. 27. Reui corporis & sanguinis Domini. 2. Cor. 11. Si te Crucide novo affixi per quodcumque peccatum mortale. Jam non sum dignus vocari filius tuus, multò minus Sacerdos Dei altissimi. Fac me sicut unum de mercenariis tuis. Luc. 15. Imò indignissimus omnium sto ante te. Ne perdas cum impiis animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. Ps. 25. Custodi animam meam, quoniam sanguis sum. Ps. 85. Tibi consecratus Presbyter. Judica me Deus, & discerne causam meam de gen-